Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Linea Pontificum

Zaraya

Isti quatuor in linea pontificum non fuerunt summi sacerdotes / sed Sadoch de eis descendit: quem salomon constituit summum in pontificatum: reiecto prius Abiathar de sacerdotio qui fuit ultimus de linea Ithamar /

Iepte illegitimus princeps latrocinantium, factus est dux exercitus a Galaaditide ut pugnaret contra amonitas / et missis prius nunciis Iepte ad regem amon: ratione ostendens iniuste eos usurpare velle terras eis a domino concessas / cum nollet eum audire facto voto de offerendo quod ei primo occurreret de domo revertenti cum victoria / accessit contra amonitas et debellavit eos / Cui revertenti occurrens filia virgo cum tympanis: ut votum suaret ymolavit eam / stulte inuouendo / impie in implendo / Iudicavit autem Iepte Israel .vi. annis Iudex septimus / post quem iudicavit viii Abessan de bethleem annis vii: habens xxx filios et totidem filias / Postque iudicavit ix^{us} Abyalon zabulonites annis x / Iudicavit post illum Abdon viii annis habens xl filios Iudex decimus

Meiraioth

Carthago urbs fuit celeberrima in Affrica a Cartha oppido (teste Servio) nomen assumpsit / Et apud grecos ΚΑΡΧΗΔΩΝ scribitur / Constructa primum a Didone beli regis tyrorum filia: annis septuaginta tribus antequam Roma fuit constructa ut dixit Iustinus libro xviii / Que prius a bovis corio byrsa dicta fuit / quia pro illa edificanda tantum loci Dido emerat a rege hiarba, quantum corio thauri tegi posset / dicente virgilio libro Eneidos primo / Mercatique solum facti de nomine byrsam: Thaurino quantum possent circumdare tergo / Corium enim illud in tenuissimos filios secari fecit / quo loco multum circumdedit vocantes illum locum lingua phenicia byrsam id est corium: que postea mutato vocabulo Carthago dicta est / Cicero quoque de natura deorum libro secundo Postquam et hercules declaravit: Herculem inquit filius Iovis et asteries sororis latone Carthagine filiam genuit a qua Byrsa, quam Dido condidit Carthago vocata est / hec eadem teste Plinio libro xv naturalis historie, Centum viginti annis Romanis emula fuit / Pluries enim destructa: pluries instaurata / Fuit autem hec inclita etas vetustate originis magnitudine et claritate, ante omnes Affrice et hyspanie provinciarum urbes memoranda / Primo autem excidio Scipio iunior magni Scipionis nepos in tercio bello punico consul factus sex continuis diebus ac noctibus illam oppugnavit et ultra desperatorum tandem cives in dedicionem traxit / petentes ut quos belli clades reliquos fecerat servire saltem liceat / Eo in bello virginum quinque milia: Virorum vero triginta trucidata fuisse referunt / hasdrubal autem eorum rex ultro transfugiens eius uxore se suosque filios in medium iecit incendium / Quod sexdecim continuis diebus arsit / Et miserandum (ut Livius ait) etiam victoribus prebuit spectaculum / et tunc Carthago sexcentesimo octavo ab eius conditione anno omni murali lapide deleta fuit / Verum postque eversa fuit / Vigesimo secundo anno lelio tercio motello et T. Q. flaminco consulibus reparari iussa est / Qua reparata Romani cives eo multi deducti sunt / Sed ut idem livius inquit intra breve tempus Ethna ultra solitum flammeos ignes evomens calidis cineribus exusta est / tecta destruxit Cuius sublevande calamitatis causa Senatus Romanorum decem annis ei vectigalia remisit / Multas etiam per ipsa Gothorum calamitates pertulit / Tandem in Maurorum manus devenit Regum sedes / Et nunc usque habita est / Que et vernacula lingua Tuniscum appellata est

Amarias

mulierum /

et regia /

Achitob